



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

110. An error commissus circa personam, cui committitur rescriptum expediendum, vitiet illud? Ex part. 7. tract. 10 & Misc. 1. resolut. 34.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

Caesarugustanum cap. dispensationem exequi. Pater, quia deficit intentio Pontificis committentis, quae iuxta praescriptum in Tridentino sess. 22. cap. 2. de reformat. est committere legitimo Ordinatio imperantis, qui est officialis Valentinus.

8. Dico vltimò, nec posse officialem Valentinum, qui est legitimus Ordinarius, illam exequi dispensationem. Ratio est, quia in hoc eueni non est error in nomine, qualis esset, si diceretur appellari officialem verè Diocesis Petrum, cum appellaretur Paulus: sed erratum est, asserendo postulante esse Diocesis Caesarugustanæ, & virtute petita est commissio officiali Caesarugustano, at illi noluit Pontifex committere, cum concessio fugit inuoluntaria, vt pote ex errore orta. Et quamuis petita esset vero Ordinatio Valentino, illi committeretur, & illi nec petita est, nec commissio. Vnde error quantumuis culpa careat, non efficit, vt rescriptum extendatur ad casum qui sub verbis eius non continetur, tametsi is petitus esset, litteræ similiter concederentur. Sicut, si quis narasset in rescripto Petrum sibi obligatum ex mutuo, petens vt cogatur satisfacere, & erraret in causa debiti, vt pote quod ex alio contractu confugit, non posset eo rescripto iuuari. Hucusque Perez.

9. Sed, vt dixi, nostra sententia est probabilis: vnde præter Doctores citatos, nõ deseram hic apponere verba Portel in rescripti. moral. tom. 2. cas. 49. n. 2. vbi sic ait. Valida est dispensatio quando erratur in nomine personæ, quia error in nomine personæ non mutat intentionem dispensantis. Bonacina citato loco, n. 6 citans multos, vbi ponit hunc casum. Si petens dispensationem dicat esse se Diocesis Ebonensis, cum tamen sit Diocesis Olyssipponensis, & Papa remittat dispensationem faciendam ab Ordinario nominato in narratiua, cum non sit verus ordinarius impetrantis: poterit in tali casu dispensare cum illo suo Ordinario Olyssipponensis. Nam Papa ibi intendit dare facultatem dispensandi Episcopo ipsius impetrantis. Ita ibi Bonacina cum Salas contra Sanchez dicentem in tali casu neutrum Episcopum posse dispensare. Sic ego vidi in casu simili. Misit Petrus, v. g. famulum, vel amicum, qui sibi afferret quandam Bullam Cruciatæ soluit Officiali Cruciatæ elemosynam consueta, sed famulus, vel officialis Cruciatæ erravit in nomine, & loco Petri dixit Franciscum. Respondi Bullam valere Petro, non obstante errore nominis: quia intentio Papæ, vel Commissarii Cruciatæ fuit dare Bullam illi: qui soluit elemosynam. Aliud exemplum ponit Bonacina eodem num. 6. dicens, quòd si scriptor Bullæ Romanæ dixit Papam per illam dispensare in tertio gradu affinitatis, cum impetrans petierit dispensationem pro tertio gradu consanguinitatis, ait Bonac. Commissarium, cui committitur dispensatio, posse dispensare à voluntate Principis mandantis: & in hoc casu constat de voluntate Papæ, quòd velit dispensare cum isto in impedimento quod petit. Ita Portel. Et tandem nostram sententiam contra Perez tenet nouissimè Escobart in Theolog. moral. lib. 1. exam. 16. c. 4. n. 124.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis §§. eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vi.

RESOL. CIX.

An sit valida dispensatio, quando erratur nomine Diocesis, vt si Petrus sit Diocesis Panormitana, dicitur esse Diocesis Messanensis?  
Et quid, si erratur nomine personæ?  
Et notatur, quòd rescriptum non vitiat, vt à commissario mandari non possit, si error aliquis in curia scriptoris irreperit, vt si pro tertio gradu affinitatis

is positus sit tertius gradus consanguinitatis, &c. Ex par. 1. tr. 10. Ref. 36.

§. 1. Negatiuè respondet Sanchez de matr. tom. 3. disp. 21. n. 39. & post illum Moneta de commut. ult. vol. c. 12. concl. 9. n. 206. & Villalobos in sum. tom. 1. tr. 2. dub. 43. n. 11. vbi sic ait: Quando se hiera en el nombre, y no en la persona, no es la dispensacion subrepticia, mas no es lo mismo quando la dispensacion viene errada en el Obispado, como si se comete al Prouisor de Zamora, y el que ha de ser dispensado, es del Obispado de Salamanca: porque como no se comete al de Salamanca, no puede dispensar, y assi esto no es error en nombre, sino en la persona: assi lo tiene Innocentio, y Abad. ] Ita ille.

2. Sed ego non solum pto esse validam dispensationem; quando erratur in nomine personæ: vt quando nomen Petri exprimitur nomine Pauli, vt docet Pontius de matr. lib. 8. c. 15. §. vlt. n. 43. Mentia vbi supra, n. 205. Layman in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 32. n. 26. fed etiam, quando erratur in Diocesi Panormitanæ, cum tamen sit Messanensis: quia constat, intentionem Papæ esse, vt solus proprius petentis Ordinarius cū illo dispenseret: & si Ordinarius potest dispensare, quando erratur in nomine petentis, sic etiam poterit, quando erratur in nomine ipsius Episcopi. Et ita aduersus Sanch. docuit Salas de legib. disp. 20. sect. 16. n. 23. Sanctarellus var. ref. p. 1. q. 63. per tot. Et hæc opinio bis, me consulente, posita est in praxi.

3. Nota etiam secundum Laym. in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 32. n. 26. quòd rescriptum non ita vitiat, vt à Commissario executioni mandari non possit, si error aliquis in curia scriptoris irreperit, vt si v. g. Papa commisit Officiali, quòd si preces veritate niti cognouerit, cum Titio, & Caia, apostolica auctoritate dispenseret: sed erratum fuit in Bulla pontificia; nam pro tertio gradu affinitatis, positus fuit tertius gradus consanguinitatis.

RESOL. CX.

An error commissus circa personam, cui committitur rescriptum expediendum, vitiet illud? Ex par. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 34.

§. 1. Affirmatiuè respondet Castrus Palaus tom. 1. tr. 3. disp. 6. punit. 16. §. 2. n. 6. cui adde Pet. à S. Ioseph, in idea Theol. mor. lib. 1. c. 11. resol. 5. vbi sic ait: Notandum 3 non valere dispensationem, quando erratur in persona, quæ designatur ad expediendum Rescriptum. Sit exemplum: cum petis dispensationem ad incedendum matrimonium, singis te esse Diocesis Parisiensis, cum tamè sis Rothomagensis. Vnde sit, vt executio Rescripti, quo tibi dispensatio illa conceditur; Officiali Parisiensi committatur. In eo casu dico dispensationem esse inuilem, cum nequeat Officialis Parisi. eam exequi, eo quòd intentio Pontificis est, talem executionem tuo Ordinario committere; nec etiam Rothomagensis, quia ad eum non dirigitur. Ita ille. Probatur hæc opinio, quia in cap. significante, de rescrip. declaratur irritum rescriptum, in quo erratum fuit in nomine Diocesis Rhemensis pro Leodiensis, cum quia error in Diocesi reddit inuoluntariam Pontificis concessionem respectu proprii Diocesani.

2. Sed ego non descedo à sententia negatiua, quam docui olim, & quam me cit. tenet. P. Amicus tom. 5. de iust. disp. 6. sect. 8. n. 145. quia quando à Pontifice petitur dispensatio, ipsius intentio fertur ad Diocesanum proprium ipsius cui dispensandum est. Quare sicut error in persona dispensandi non tollit intentionem

inter  
eo q  
que  
fuit  
fici  
to in h  
in Ref. p  
teria l  
per tota  
pro part  
Ref. seq.  
Pant  
cum  
tur, y  
celis  
propo  
pelli  
luna  
dic  
3  
ri  
dico  
firi  
ratio  
redd  
fir  
luna  
dica  
fano  
R  
An  
e  
Et  
pe  
g  
6  
6  
nou  
Reb  
38  
rellu  
mar  
ratio  
2  
prob  
Veg  
riq  
etar  
cū  
§. 6  
in su  
lis. f  
ad di  
tener  
nem  
pecca  
& qu  
fca  
vel  
betur  
iura  
Prob  
quo  
lolo  
hæc  
la qu  
de ta  
Not

intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quod dispensantis intentio fertur in merita causa, quae proponitur, cuiuscumque tandem persona illa fuerit nec in Dicesi error tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quod Pontificis intentio fertur ad Dicesanum proprium eius cui dispensandum est, quicumque tandem ille sit, qui Pontificis dispensationem cum ipso, cui dispensandum est, executurus sit. Confirmatur: nam supponitur, quod si expressum fuisset nomen propriae Dicesis ad hanc gratia dispensationis concessa fuisset per proprium Dicesanum exquenda: sed quando expressio falsi est talis, qua sublata, adhuc maneret voluntas dispensantis, non vitiat dispensationem, vt ex dictis constat, ergo.

3. Ad cit. cap. de Rescriptis, Res. ibi irritu declarari rescriptum, non quia erratum fuit in nomine dicesis, sed quia ex aliis circumstantiis non potuit fieri persona, pro qua rescriptum impetratum fuit. Ad rationem, negandam, errorem in Dicesi voluntaria reddere dispensationem Pontificis: nam licet illa non sit voluntaria formaliter & expressa, est tamen voluntaria virtualiter & implicita, cum per eam intendat facultatem dispensandi delegare proprio Dicesano ipsius cui dispensandum est.

Recognosce me ipsum in part. 1. tr. de legib. ref. 36.

RESOL. CXI.

An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia non facta mentione de copula habita inter eos?

Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare, imo, & quamvis in rescripto dicatur, si copula non fuerit? Ex part. 10. Ref. 44.

Hic casus frequenter solet accidere: & talem dispensationem esse subreptitiam docuit nouissime Layman. in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 22. n. 18. Rebellius lib. 3. q. 5. sect. 4. n. 24. Riccius part. 4. decis. 308. Gaspar de benef. tom. 2. part. 8. c. 3. n. 32. Sanctus part. 1. var. res. 9. 52. & ante illum Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 25. n. 8. & alij penes ipsos. Et ratio potissima est: quia id exigit stylus Curiae.

2. Non reticebo tamen, contraria sententiam esse probabilissimam, & tuta in praxi: & prater Nauartu, Vagan, Otandum, Salzedum, Bernardu Diaz, Henriquez, Costa, Gutierrez, Ceuallos, & Rodrig. docet etiam hanc sententiam absolute ante, & post contractum matrimonij, Basilius Pontius de matr. lib. 8. c. 17. §. 6. n. 31. & post contractum matrimonij Villalobos in sum. tom. 1. tr. 14. disp. 27. n. 7. quia copula illa carnalis, si fuisset expressa, faciliorem reddidisset Pontifici ad dispensandum. Ergo, &c. Et idem in tali casu non teneatur, qui dispensationem petunt, ad interrogationem Ordinarij de copula respondere: sed possunt sine peccato, negare, recedendo in mente: Vt tibi dica. Imo, & quamvis in rescripto dicatur: Si copula non fuerit, si ea dispensatio sit obtemperata pro foro externo, adhuc valeat, quia negatur: dummodo ea copula non proferatur in externo foro; quia illa clausula intelligenda est contra naturam eius dispensationis. Et ita hanc sententiam probabilis etiam vocat Sanch. ubi supra n. 12. Ad Villalobos: Al estilo de la Curia digo, que no es derecho, ni la qualidad, que conforme a el fuero interior, el callar de tali stylo Curiae valde dubitat Pontius, ubi supra. Notentur haec omnia: quia passim erunt obuia. Tom. III.

RESOL. CXII.

An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia, non facta mentione de copula? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 135.

§. 1. PRO affirmatiua sententia multos Doctores adduxi in 1. part. tract. de legibus, resol. 44. quibus nunc addo Petrum Ochaguiam de Sacram. tr. 4. de matrim. q. 1. n. 4. Homobonum de exam. Eccl. part. 3. tr. 13. c. 11. q. 24. Fillincium tom. 1. tr. 10. part. 2. c. 12. n. 336. & Tannerum ubi infra.

2. Sed negatiua sententia docent plures Doctores, quos hic citavi, & prater illos hanc sententiam docet etiam ex Dominicanorum familia Ioan. de la Cruz in direct. consci. p. 2. de matrim. §. de dispensationibus, dub. 14. concl. 2. & ex Societ. Iesv Gaspar Hurtado de matrim. disp. 26. difficult. 5. n. 22. & Io. Prappositus in 3. part. D. Thom. q. 8. de dispensationibus matrimon. dub. 6. num. 61. & hanc opinionem probabilem esse docet etiam ex eadem Societate Adamus Tannerus tom. 4. disp. 8. q. 4. dub. 9. num. 169. quia incestus neque est impedimentum, quod ratione sui egeat dispensatione, neque iure praecipitur exprimi, quia non praecipitur iure scripto, vt patet, neque iure introducto, consuetudine, seu stylo Curiae, cum non semper exprimitur ex consilio vitorum doctorum, quamuis aliquando ex consilio aliorum exprimitur, & quando exprimitur, non est causa motiua ad negandam dispensationem consanguinitatis, aut affinitatis; & quamuis sit causa ad concedendam dispensationem cum aliquibus adiacentis, non tamen pertinet ad causam motiuam, quia illa non adduntur pro dispensatione consanguinitatis, aut affinitatis, sed in poenam copulae expressa. Congregatio vero Cardinalium, quae in contrarium adducitur, sequuta est partem probabilem & tutiorem, sed forsitan non probabiliorem, quod si taciturnitas copulae habitae ante commissionem Papae non dirimit dispensationem consanguinitatis, vel affinitatis, multo minus dirimit, seu irritat taciturnitas copulae habitae post commissionem Papae ante expeditionem dispensationis ab Ordinario. Haec omnia Hurtado loco citato, & Prappositus ubi supra, etiam docet stylum Curiae & declarationem Cardinalium procedere in foro exteriori.

3. Verum his non obstantibus ego puto in hac quaestione non esse recedendum a sententia affirmatiua in vtroque foro, propter stylum Curiae, qui in hoc facit ius, non obstant ea quae dixi in p. 1. tract. de legibus, sect. 44.

ante finem huius Res. supra in Res. 1. §. Itaque & in aliis eius not.

Quae hic est Res. ad respondens, & in aliis eius primae not.

Vt in annot. praerita.

RESOL. CXIII.

An in dispensatione impedimentorum matrimonij, sit explicanda copula iam habita.

Et quid, si Pontifex dispensauerit cum conditione, dummodo copula non interuenierit?

Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare copulam, dummodo sit occulta, & secus si fuerit publica.

Et explanatur, quod incestus cum consanguinea non est impedimentum proueniens ex iure natura, neque ex iure Diuino positivo, nec denique ex iure humano indutium. Ex part. 8. tr. 3. Ref. 81.

§. 1. Affirmatiue respondent aliqui, & ideo asserunt, quod dispensatio obtemperata a Pontifice postquam

Sup. hoc in duabus praer. postquam